sui paupertatis custos. Fortem sententiam tenebat dicens;
Monachus qui in terram possessionem quaerit. monachus non
est; Sic quippe metuebat paupertatis suae securitatem perdere.
sicut auari diuites solent perituras diuitias custodire. Ibi itaq;
prophetiae spū magnisq; miraculis cunctis longe lateq; habitan
tibus uita eius inclaruit, Nam die quadam aduesperum inhor
tum monasterii fecit iactari ferramenta quae usitato nos nomine
uangas uocamus; dixit itaq; discipulis suis, Tot uangas inorto
proicite & citius redite; Nocte uero eadem dum ex more cum
fratribus adexibendas laudes dño surrexisset. praecepit dicens;
Ite & operariis nostris pulmentum coquite. ut mane primo pa
ratum sit; Facto autem mane. fecit deferre pulmentum
quod paratum fuerat. atque hortum cum fratribus ingressus.
quot uangas iactari p̄ceperat. tot in eo laborantes operarios inue
nit. Ingressi quippe fures fuerant. sed mutata mente per spm.
adprehenderunt uangas quas inuenerunt & ab ea hora qua ingres
si sunt. quousq; uir dñi ad eos ueniret. cuncta horti illius spacia.
quae inculta fuerant coluerunt, quibus uir dñi. mox ut ingressus e
ait. Gaudete fr̄s. multum laborastis. iam quiescite. quibus ilico
alimenta quae detulerat praebuit. eosque post tanti laboris
fatigationem refecit; Sufficienter autem refectis ait, Nolite
malum facere; Quotiens de orto aliquid uultis. ad orti aditum
uenite; Tranquille petite. cum benedictione percipite &
a furti prauitate cessate, Quos statim collectis holeribus onus
tari fecit; Actumq; est ut qui ad hortum nocituri uenerant.
cum laboris sui praemio & repleti ab eo & innocui redirent;

Alio quoque tempore. accesserunt ad eum peregrini quidam miser